Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

NVMERI

ut eam sorte diuideres filiis
israel· et ut filiabus salphaat fra
tris nostri dares possessionem de
bitam patri quas si alterius trib:
hominis uxores acceperint sequet
possessio sua· et translata ad aliam
tribum de nostra hereditate minue
tur· atque ita fiet ut cum iubileus
ad est quinquagesimus annus re
missionis aduenerit confundatur
sortium distributio· et alterum posse
sio ad alios transeat· Respondit
moyses filiis israel· et domino precepi
cente ait· Recte tribus filiorum io
seph locuta est· et hec lex sup filiabus
salphaat ad unuo promulgata e
Nubant quibus uoluerint tantum
ut sue tribu hominib: ne commi
cetur possessio filiorum israel· dim
bu in tribum· Omnes enim uni du
cent uxores de tribu· et cognacione
sua· et cuncte semine maritos de
eadem tribu accipient· ut hereditas permaneat infamilias· nec e
misceantur tribus· sed ita manen
ant· ut a domino separate sint·
fecerunt que filie salphaat· ut fue
rat eis imperatum· et imposuerunt
mala a· et thersa· et egla· et melcha· et
noa· filius patrui sui· de familia
manasse qui filius fuit ioseph· et
possessio que illis fuerat ad tribum
mansit in tribu et familia patris
earum· Hec sunt mandata atque
iudicia que precepit dominus per
manum moysi ad filios israel· in
campestribus moab sup iordanem
contra iericho·

Explicit liber Numerorum·
Incipit Deuteronomius

Et sunt uerba que
locutus est moyses
ad omnem israel· trans
iordanem in solitu
dine campestri con
tra mare rubrum inter
pharan et thophel· et laban· et asse
roth· ubi auri plurimum est· undecim
diebus de oreb per iam montis seyr
usque cades barne· quadragesimo
anno undecimo mense· prima
die mensis locutus est moyses ad
filios israel· omnia que precepant
ei dominus ut diceret eis· Postquam
percussit regem amorreorum· qui
habitabat in hesebon· et og regem
basan· qui mansit in asteroth· et in
edrai trans iordanem· intra moab· Ce
pitque moyses explanare legem et
dicere· Dominus deus noster lo
cutus est ad nos in oreb dicens·
Sufficit uobis quod in hoc monte
mansistis· reuertimini et uenite ad
montem amorreorum· et ad cetera
que ei proxima sunt campestria·
atque montana· et humiliora loca
contra meridiem· et iuxta litus
maris· terram chananeorum et li
bani usque ad flumen magnum
euphraten· Ecce inquit tradidi uo
bis terram· ingredimini et possidete
eam sup qua iurauit dominus patribus
uestris· abraham· ysaac· et iacob
ut daret illam eis· et semini eorum
post eos· Dixique uobis in illo tem
pore· Non solus possum sustinere
uos· quia dominus deus uester multi
plicauit uos· et estis hodie sicut
stellae celi pluriimi· Dominus de
preum uirorum addat ad hunc